

CODEX 75. olim signatus 3/23.

*Foliorum 105, 278 : 165 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. Codex
omni ornatu caret, spatio initialium litterarum vacuo relicto.*

*S. Evangelii secundum Joannem cum glossâ ordinariâ Wala-
fridi et interlineari Anselmi Laudunensis.*

*Praemittuntur duo prologi: Hic est Johannes evangelista unus — doc-
trina servetur. P. L. 92, 633—636.*

*Omnibus divinae scripturae paginis evangelium — virginem virginis com-
mendavit. P. L. 35, 1377—1380. et 114, 355—356.*

CODEX 76. olim signatus 3/24.

*Foliorum 124, 274 : 188 mm., ternis columnis exaratus saeculo XII. sub
b. Frowino abbe, testibus his versiculis leoninis in fronte codicis:*

Non rodant mures, non ausint tollere fures
Librum, qui domino datus est a patre Frōino.

*Prologi et argumenta ornantur initialibus litteris tum rubri tum caerulei
tum viridis coloris; initia singulorum librorum eximiâ venustate, adhibitis
variis coloribus decorata sunt figuris quibus XII minorum prophetarum suo
quisque ordine repraesentatur. Caeterum codex parce rubricatus est.*

*Liber duodecim prophetarum cum glossâ ordinariâ et inter-
lineari nec non variis prologis et argumentis.*

CODEX 77. olim signatus 3/25.

*Foliorum 110, 270 : 180 mm., triplici columnâ exaratus saeculo XII. Pri-
mum tantum folium rubricatum est et unicâ ampliori litterâ initiali decoratum.
Post folium 50. sex folia, post 90. totus quaternio perterunt. (Luc. 9, 50. — 11.
7. et 19, 40. — 21. 25.)*

*S. Evangelium secundum Lucam cum glossâ ordinariâ et
interlineari.*